UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

XII. Novembris. S. Æmilianvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

Visual Library

S. ÆMILIANVS honeſtis parentibus, natus Vergegii, cum vigeſimum annum attigiſſet, ad quendam Eremitam ſanctiſſimum Felicem nomine adiit, vt ab ipſo ſpiritualis vitæ documentis inſtrueretur. Id conſecutus, poſtea per quadraginta circiter annos, nullo hominum conſortio eſt vſus, ſolùm fruens conſolationibus Angelorum, & frequentes Dæmonum inſidias perpetiens. Tandem vitam monaſticam cum aliis pluribus ſub Regulâ S. P. N. Benedicti profeſſus eſt; curamq́; gerens abbatialem, clarus omnigenis miraculis, & prophetiæ ſpiritu, obiit in Domino, ſuæ mortis ante annum præſciens, ætatis autem centeſimo, Chriſti verò DLXXIV. Antonio & Martino vitâ atq; miraculis per omnia ſimilis. Poſt eius mortem, quia non ſemel viſus eſt in Hiſpaniæ defenſionem magnis prodigiis de cælo deſcendere, & cum Mauris pugnare, ex illiſq́ue vnâ ſolâ vice mactare octuaginta millia: ideò cognomen PATRONI HISPANIÆ ſimul cum Apoſtolo Iacobo maiori meritiſſimè adeptus eſt; ipſamet ex tunc cum annuæ oblationis voto ſe gratam oſtendente. *Ex Hiſpan. Script.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. ÆMILIANVS ABBAS ORD. S. BEN.
ÆMILIANVS *ouans Patronus habetur* IBERIS,
Quod MAVROS *hoſtes tradidit ipſe neci.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN